

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
... Ad Exequias Quas ... Reginae Schraders/ Coenobii Sanctae Crucis Dominae ...  
Hodie ... Moestissimae coenobiales, & consanguinei, in Templo S. Crucis  
decentissime parabunt. Omnes Academiae Cives ... invitat : [P.P. sub Sigillo  
Rectoratus die 18. Septembris A.D. 1660.]**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn775781371>

Druck    Freier  Zugang



Willebrandt, A.,

in

R. Schrader.

Rost. 1660.

48.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn775781371/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775781371/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrandt / U.J.D.**  
C. Prof. & Ducal. Consist: Assessor,  
  
AD EXEQVIAS  
Quas  
*Virginum, atq; Virtutibus conspicua Virgini*  
**REGINÆ Sgraders/**  
Cœnobii Sanctæ Crucis  
DOMINÆ  
gravissimæ atq; vigilantissimæ,  
Hodiè ad horam primam, Mœstissimæ  
cœnobiales, & consanguinei, in Templos. Crucis  
decentissimè parabunt.  
**Omnes Academiæ Cives, offi-**  
ciosè atquè sedulò invitati.

---

ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**ALBERTUS Willebrand/ U.J.D.**

**O**mnes una manet nox, & calcanda semel via lethi,  
aut poëta, nequè mortalium quisquam repe-  
nitur, qui vitæ exordio, ipsâque nativitate,  
terminum non sic contestatus. Unde initium à fine  
pendere luculentissimè dixit Manilius

*Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.  
Eleganter Cornelius Gallus lib. Elegiar.*

*Ortus cuncta suos repetunt, matrique requirunt  
Et reddit ad nihilum, quod fuit antè nihil  
Simili doctrinâ capiendus est ille Sili Italici locus.*

---- *Cunctis stat terminus ævi*

*Extremumquè diem primus tulit.*

Sienim fieri posset, vel ipsi vitæ mors inhæret, adeò  
certa atq; indubitate illa est. Quisquis enim ad vitam  
editur, ad mortem destinatur. In omnes (ut sapien-  
tissimus Seneca 2. natur quæst. c. 59. scribit) constitu-  
tum est capitale supplicium & quidem constitutione ju-  
stissimâ. Ecce Auguſtissimus Imperator noster JU-  
STINIANUS NOVEL. primâ. c. i. afferit. Omnibus  
hominibus terminus vitæ, est Mors. Quippè ultrà hæc  
quæ scripsimus. Omnes eadem conditio devinxit; cui  
nasci contigit, velut datâ Syngraphâ aut pignore, mori  
restat, ubi cunq; etiam illud, vel quandocunq; con-  
tingat.

tingat. Sive magnâ sit pietate aliquis conspicuus. Moriendum tamen est, uti Horatius lib. 2. Carm. od. 14. cecinit

Labuntur anni: nec pietas moram

Rugis & instanti senectæ

Affert, indomitæq; morti.

Sivè supremo ac cœlesti Numinis sit charissimus, moriendum tamen est. Uti Xenophon lib. de Venat. Nemo miretur quod pleriq; eorum tametsi Deo placent, tamen mortui sunt, hoc enim naturæ est. Sive quis, vel in Ecclesiâ, vel in Republicâ, officiis, sivè aliis sacris ac religiosissimis occupetur muneribus. Moriendum tamen est. Ut igitur lex hæc universi est, & omnes alligantatos; ita eidem facere quoq; debuit, Virgo antiquâ fide, & Virtute. Virgo pietate decora, Virgo DEO omnipotenti chara, cui se ipsam in vitâ consecraverat; Virgin in suo Sancto Officio, intentissima atq; Vigilantissima, REGINA Schraders, DOMINA Cœnobii S. Crucis Honoratissima. Neq; enim (ut jam scripsi) mors pensi habuit, quod religiosam traduxerit vitâ, quod cordi fuerit Divino illi sanctissimoq; Sponso, cuius castissimos, æternosquè amores, spurcissimis hujus mundi lubricisq; amoribus præferre voluerat, quod denique in Cœnobii administratione occupatissima, juxta ac indultria fuerit; ita, ut propter frequentiores labores, quos illa per omnes suæ gubernationis annos subire solebat, dicere illa verba possim. Deus bone quomodo in tantis negotiis vacavit huic Virgini mortem obire? quæ, vel similia Epaminondas olim preferebat,

serebat, dum Virum quendam præstantissimum præclarissimisq; distentum facinoribus, circè Leuctricæ pugnæ tempus, morbō extinctum perciperet. At Seneca de Vitâ beatâ rectissimè. *Vita festinat, mors aderit; cui velis nolis vacandum est*, & fatalis dies violenter accedit. Quod experta est in se ipsâ, prænominata Venerabilis Virgo & Domina, REGINA Schraders. Quæ prodiit in hanc miseriârum vallem, die 6. Februario A. D. 1618. ex Honestissimis & integerrimis Majoribus atq; Parentibus. Patrem nacta GEORGIUM Schrader/ Civem & Cerevisiarium Rostochiensem, & per plures annos ptochotrophiz Divi GEORGI provisorem. Matrem verò, REGINAM Pöterowen/ optimi exempli fœminam. Avum paternum agnovit GEORGIUM Schrader/ Virum Virtute fideq; præstantissimū, ex perverstâ apud Brunswicenses SCHRADERORUM familiâ oriundum, qui officio Præfeci Gnojensis, apud Illustrissimum, Celsissimum què Principem, ac sempiternæ gloriæ Ducem Mecklenburgicum, DN. ULDARICUM, antehac, laudabiliter, per aliquot annos defunctus, tandem hic Rostochii pedem fixit; & in Civium ac Cerevisiariorum ordinem cooptatus, vinculo conjugali fœminam omni matronalium Virtutum laude insignem ILSEBE Hobensibi junxit. Avus maternus illi fuit JOACHIMUS Pöterow/ Protonotarius ac Secretarius hujus Civitatis Eximus. Mox verò Venetanda nostra DOMINA, per baptismum Vindicigenoris

neris humani CHRISTO JESU inserta, teneros annos  
inter pietatis rudimenta posuit; Scholæ puellarum  
tradita, adeò in parentum suorum sinu pudicè ac san-  
ctè, in continuoq; Virtutum, quæ Virginalem conde-  
corant ætatem exercitiō adolevit, ut paribus spatiis,  
ætas & Virtus ejus progrederentur. Ut verò jugi di-  
vinarum rerum meditationi curatius vacare, & à mundi  
deliciis ac vanitatibus animum rectius subducere pos-  
set. Anno ætatis decimo octavo, CHRISTI verò M.  
DC. XXXVI. die 14. Martii, Cœnobiō S. Crucis semet  
devovit, in illoq; Vitam, quæ Virginem DEO dica-  
tam decer, fermè per Septendecem annos traducens,  
tandem A.D. 1652. die 8. Augusti, DOMINA dicti  
Cœnobii renunciata fuit. Quæ sui officii partes nove-  
rat, non absq; laude explevit. Crebrà Verbi Divini  
auditione, frequenti Cœnæ Dominicæ usurpatione,  
assiduà Sacrae Scripturæ lectione, devotâ matutinis  
atquè vespertinis horis precatione, cæterisq; piis actio-  
nibus, omnibus suis Virginibus, sibi Cœlitus concredi-  
tis præluxit. Quanquam verò Callimachus Miner-  
vam ideò Jovis cerebrò progenitam esse, matre q; caru-  
isse scribit, quod in sequiorem sexum sapientia non  
cadat, non defuit tamen piè denatæ Virgini ac Do-  
minæ prudentia; quam illa in gubernatione Cœnobii,  
multis vicibus declaravit. In sexu licet imbecilliore,  
magnanima fuit, variasq; fortuna tempestates, quæ  
toties his calamitosissimis temporibus suborienteantur,  
infracto ac impavido animo sufferte consuevit. Sinè fa-  
tu,

stu, sine insolentiâ, sine supercilio, tū cum suis Virginibus, cū aliis conversata fuit. Manū suā aperiebat sœpius inopi, palmas suas extendebat ad pauperes; quæ necessitatibus ac usib⁹ inopū patere semper desideravit, & de quibusvis egenis ita bene mereri semper studuit, ut putaret, id natum hominem, id Christianum quam maximè decere. Patri in primis suo grandævo, & jam viribus fracto, (ô quanta & quam rara hoc seculō in parentes pietas!) Singulari Solatio & auxilio fuit; qui antè annos aliquot mortalitatem explevit. Omitto jam cæteras Virginis animi doctes, quæ peculiare sibi metatæ erant in pectore. Reverendæ hujus Virginis domicilium. Quæ per 38. septimanas, cum vlementibus ac gravissimis colluctata morbis, sœpius amarissima edebat suspiria, ingentesq; patientissimo pectore sustinens, dolores ad DEUM OPT. MAXIMUM, tanquam ad unicum animæ suæ solatium, plenissimas effundebat preces; ut scilicet prò suâ immensâ benignitate, aut tam atroces leniret corporis sui cruciatus, aut ipsis celeri & placidâ morte finem imponere dignaretur. Non delituebatur quidē Medicis præstantissimis, ac remediis salutaribus. Non defuit Excellentissimorum Medicorum, DN. JOANNIS BACKMEISTERI, & DN. CASPARIS MARCHII, Med. Doctorum Experiencissimorum cura atq; industria. Non defuit Chirurgi, inter alios, quoad artis peritiam, nō posseimi, DN. JOH. PAULI CRETSHMER Id diligentia. Sed quia novit pridē Mortē esse

esse inevitabilem, ut eā nulla diligentia eviceret, nullum  
remedium præcaveat; quippè *Parcis omnia remedia vana*  
*sunt.* Præcipue verò, quia adveruit ipsa, in hâc suâ tam  
prolixâ ægitudine, spem recuperandæ sanitatis de-  
collasse, protinus flexit totum suum cor, ad summum  
illum benignissimumq; DEUM, eiq; se, intimis votis  
commendans, lubenterq; legem mortalitatis explere  
cupiens, morbos illos, non aliter, quam virtutum lu-  
dos, quam animi salutem, quam æternitatis monito-  
res sultinuit; Precibus Sanctis tempus matutinum, me-  
ridianum, Vespertinum, immo singulas horas impedit;  
Sacrosanctam synaxim, sœpius, infirma, devotissimè  
sumvit. Et cum ultimum vitæ terminum instare nō ob-  
scure intelligeret, præterlapsò die 10. hujus Septem-  
bris, Patrem suum Spiritualem, Virum Reverendū &  
Clarissimum, D.N. M. JOHANNEM Herberling/ Pasto-  
rem ad Aedem Spiritus S. vigilanssimum, (qui sœpius, cū  
morbis conflictatam invicere consueverat) ad se vo-  
ri curavit; ab ipsoq;, ultimū, ante discessum ex hâc vi-  
ta, Corporis & sanguinis CHRISTI JESU viaticum,  
cum magno animæ ardore expertens, ac eodem suavis-  
simè confortata, semet totā, in unicum DEI placitum  
conjiicit; fermèq; in ipsius mortis introitu, multa lau-  
dabiliter disposuit, quasi non de propriâ morte, sed de  
alienâ ageret. Tandem fatalem illum Diem 14. Septem-  
bris hujus, venientē, fronte compositâ excipiens, seces-  
suraq; ex hoc mundo, nō ut ejeta sed ut dimissa, matua-  
tinô tempore ejusdem dicit, nempe inter 2. & 3. horâ, in  
præ-

præsentiâ Materteræ SOPHIÆ Schraders/ aliarumq; Amicarum, sine impatientiâ, sine dolore, quasi placidissimo sopita somno, vitam hanc infelicem, calamitosam, & brevem, exuvias telluri ad Carnis resurrectionem relinquens,) cùm bonorum ac amicorum dolore terminavit. Cum igitur in nostrâ manu non sit, mutare aut corrige-re, quod DEO visum est, reprehendere autem aut culpare, manifestæ sic impietatis, veneremur potius boni-nitatem indulgentissimi, Cælestisquè Patris, ut ipse, quod piz Virgines Cœnobii S. Crucis passæ sunt, obitu illius damnum, resarcire, & de integerrimâ, castissimâ, prudentissimâq; Virgine, quæ huic probissimæ Virginis successura est, prospicere, clementissimè dignetur; gratulemur satius, huic beatissimæ recordationis Virginis Dominæ, quod jam videat & habeat CHRISTUM cui sein vitâ consecraverat; quod jam cum DEO, inter beatissimos Spiritus vivat; quod jam illâ jucundissimâ sem-piternâq; perfruatur beatitudine, in quâ nemo ser-vit, in quâ nullus miseriæ, nullus doloris locus est; in quâ adest fons & origo omnis felicitatis & boni. Quia verò reliquiae illius, ad horam I. hodié in templo S. Crucis, terræ mandabuntur. Vestrū erit CIVES ACADEMICI, illas ipsas splendida solennitate, honorificoq; comitatu sequi.

Quod ut eò Iubentius facitais sedulò & amanter  
à Vobis expositulo,

P.P. sub Sigillo Rectoratus die 18. Septembris

A. D. 1660.

Conventus siet hodiè horâ primâ in Aede  
D. Jacobo. Sacra.









neris humani CHRISTO JESU inserta,  
inter pietatis rudimenta posuit; Schola  
tradita, adeò in parentum suorum sinu  
etè, in continuòq; Virtutum, quæ Virgi  
corant ætatem exercitiō adolevit, ut pa  
etas & Virtus ejus progrederentur. Ut  
narum rerum meditationi curatius vaca  
deliciis ac vanitatibus animum rectius s  
set. Anno ætatis decimo octavo, CHR  
DC. XXXVI. die 14. Martii, Cœnobio S.  
devovit, in illoq; Vitam, quæ Virgine  
tam decer, fermè per Septendecem ann  
tandem A.D. 1652. die 8. Augusti, DO  
Cœnobii renunciata fuit. Quæ sui offic  
rat, non absq; laude explevit. Crebra  
auditione, frequenti Cœnæ Dominica  
assiduà Sacrae Scripturæ lectione, dev  
arquè vespertinis horis precatione, cœ  
nibus, omnibus suis Virginibus, sibi Cœ  
nis præluxit. Quanquam vero Callin  
vam ideo Jovis cerebrō progenitam es  
isse scribit, quod in sequorem sexu  
cadat, non defuit tamen piè denatæ  
minæ prudentia; quam illa in gubernat  
multis vicibus declaravit. In sexu lic  
magnanima fuit, variasq; fortuna ten  
tacis his calamitosissimis temporibus  
infraçtō ac impavido animo sufferte co



the scale towards document

011

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.